

reliquas etiam vſu & dignitate celebriores non omittendas censueris, in queis eas quæ sparſim in diuinis literis legunt, tametsi clarum non sit quæ ſint, veriſimile fuerit cōtineri. Non ab nuerim tamen illud primū ſeculum, quo ſacræ cōditæ ſunt ſcripturæ, hoc eft Mofis ætate, non vſque adeò fuiffe edoctū vt omnium Gemmarū perno uerit naturas & vires, quum inficiari nō queamus illud tunc primū omnē ruditatem exuiffe, & perſpicuū ſit, ab ætate Plinij non parum immutatam eſſe earum Gemmarū æſtimationem, Gemmarū & quibusdam non parum precij ac- P r e c i u m . ceſſiſſe, quum eo tempore primum vel ſecundū dignitatis locū obtineret vniones, nūc aut vix quartū fortiant, H-s, id eft ſeſtertiū centies vna Cleopatræ Aegypti reginæ Margarita: quæ ſumma nō minus eſtimatur ducentis & triginta quatuor milibus, trecentis quoq; & ſeptuaginta quinq; ducatis. Potuerūt itaq; eo rudi ſeculo Adamā-

† λ 4